AUGUSTINUS

Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh. Seite 240r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



thesaur⁹ idem panis. Nam si non idem esset et thesaur⁹ et panis. non ipso de the
sauro alibi scriptum esset. Thesaur⁹ desidabilis requiescit in ore sapientis. uir autem
stultus glutit illum. Unde admonem⁹ caritatem uram. ut ea que audiendo tan
quam uentre memoria conditis. rursus euoluendo et cogitando quodam rumi
netis. Hoc est enim thesaur⁹ desidabilis requiescit in ore sapientis. uir autem stult⁹
glutit illum. Breuiter dixit. Sapiens ruminat. stultus non ruminat. Hoc autem aperte
et latine quid est. Sapiens cogitat ea que audierit. stult⁹ autem que audit obliui
oni tradit. Neque enim propter aliud in lege munda ea dicta sunt animalia que rumi
nant. inmunda que non ruminant. Nam creatura dei omnis munda est. Artifi
ci deo tam mund⁹ est porcus. quam agn⁹. Creauit enim omnia bona ualde. et omnis
creatura dei bona est dicit apls. et omnia munda mundis. Cum ergo in natura
utrumque sit mundum. significatione tamen agn⁹ significat aliquid mundum. porcus
significat aliquid inmundum. Agn⁹ significat innocentiam sapientie rumi
nantis. porcus significat inmundiciam stulticie obliuiscentis.
Breuis psalmus pro sollempnitate dictus est. uideam⁹ an pos
sit etiam breuiter tractari. Incipit Tractatus.
Voce mea ad dnm clamaui. Sufficit uoce ad dnm cla
maui. forte non frustra additum est mea. Multi clamant ad
dnm non uoce sua. sed uoce corporis sui. Homo ergo interior in quo
cepit habitare xpc per fidem. uoce sua non in strepitu labiorum.
sed in affectu cordis clamet ad dm. Non ubi homo audit. ibi ds audit. Ni
si uoce pulmonum et laterum et lingue clames. homo te non audit. Cogitatio
tua. clamor est ad dm. Voce mea ad dnm clamaui. uoce mea ad dnm de
precatus sum. Quod dixit clamaui. exposuit cum dixit deprecatus sum. Clamant enim
ad dm. et qui blasphemant. In superiore uersu clamorem posuit. in sequenti clamo
rem exposuit. Quasi exigeretur quo clamore clamasti ad dnm. ad dm inquit
deprecatus sum. Clamor meus deprecatio mea. non conuitium. non murmur. non blasphe
mia. Effundam ante eum precem meam. Quid est ante eum. In conspectu eius ubi ui
det. Quid est in conspectu eius ubi uidet. Ubi autem non uidet. Ita enim dicimus ubi
uidet. quasi alicubi non uidet. Sed in isto cetu rerum corporalium uident et homines.
uident et animalia. Ille autem uidet. et ubi homo non uidet. Nam cogitationem
tuam nullus hominum uidet. ds autem uidet. Ibi ergo effunde precem tuam. ubi solus
ille uidet qui remunerat. Non in abscondito te dns ihc xpc iussit orare. sed si
agnoscas cubiculum tuum. et mundas ubi rogas dm. Cum autem oratis inquit. nolite
esse sicut ypocrite. qui stant in plateis et uicis orantes. ut uideantur ab hominibus.